Teste, quam musæ citharam sacrarunt,
Teste, qua crines mihi frons inumbrat,
Quod diu magnum premo corde, fas mé
Dicere ~~verum~~ verbum.

Regiam jam nunc volucrem potente
Qui refers nisu, super ire nubes,
Ad suum templum tibi dalat, ipse,
Vox nisi Phœbi!

Vana me fallit. Tua penna clari
Suave Dodonæ sonat instar æris;
Te levem nullo validumque tollit
Aura labore!

Ipse te Phœboque sacrem ministrum,
Et mea vatem decorem corona;
Pulchrior circum tua sed vireoit
Tempora laurus.

Hæc venerans mittit de tot tibi millibus unus,
Sancte vir, ingenium qui colucere tuum.